

Etenim ille increpās alios, quasi nihil dixissent, supponit, quoniam hæc entium, quidem spēs, hæc autem præcipua specierum, quidem, Et quoniam esse quidem vnum quodq; dicitur s̄m speciem generari aut s̄m susceptionē, et corrumpi secundum abiectionem, quapropter, si hæc vera sunt, species existimant ex necessitate causas esse generationis & corruptionis. Hi autem ipsam materiam: ab hac enim motum.

Pō p̄sonis de tertio principio i phadone.

Ponit opiniones aliorū de principijs, & circa hoc duo facit, primo ponit eas, secundo improbat eas. ibi { Neutri autem. } Fuerunt autem duæ opiniones: quarū ponit primam dicens, q̄ quidam somnauerunt naturā specierum, i. ipsas species separatas, quas Plato appellauit ideas, esse sufficientem causam ad hoc q̄ res generentur, quemadmodum Plato in Phedone, vbi inducit Socrate ad confirmationem suæ opinionis. Vnde dicit, q̄ ibi Socrates increpat alios tanq̄ dicentes nihil. Et supponit, q̄ entium, quædam sunt substantiæ, separatae, quædam vero participantia specierum, sicut mediatæ: & q̄ vñq̄q; compositum dicitur esse actū s̄m speciem, generari autē s̄m illius speciei susceptionem, & dicitur corrumpi secundum illius speciei abiectionem, dixit enim species rerum esse æternas, quæ sunt quasi quidam sigilla impressa rebus generabilibus. Et cum sigillatur materia, quæ fit per illarum participationem, tunc res generantur: & cum est cetera forma sigillata, manet quidem perpetua, sed destruitur indiuiduum per eiectionem talis forme. Quapp, si ista esse idearum natura, vt ipse Socrates & Plato existimant, necesse est ipsas species esse eas generationis & corruptionis, per præsentiam quidem generationis, p̄ absentiam vero corruptionis. Secundā opinionē ponit, ibi { Hi autē. } Dicens, q̄ alij non dixerunt primum mouēs esse extrinsecum sicut Plato, sed dixerunt principiu trāsmutationis materię esse ipsam materiam, & ipsum motum rerum esse ab hac, i. ab ipsa materia disposita & informata qualitatibus primis. Deinde cum dicit,

Gñatio fit sigillum.

VATAB.

At neutri recte dicunt, nam, si species causæ sunt, cur non semper gignunt continenter, sed quandoq; & quandoq; non, cum semper tum species, tum quæ eas participant in ratione rerum sint: Præterea, in nonnullis, aliam quandam esse causam spectamus. Nam medicus in corpore sanitatem efficit, & scientiam, sciētē existentē, & ipsa sanitas, & scientia, & hisce quæ eas participant. Eodem modo, & in cæteris quæ facultate quadam sunt.

ANT.

Neutri autem dicūt bene. Si quidem, n. sunt causæ species, quare non semper generant continē, sed quandoq; quidem, quandoq; nō existētibus, & speciebus semper, et participātib; Amplius autem in quibusdam videmus aliam quandā causā esse, sanitatē enim Medicus facit, & doctrinam doctor, existentē & sanitatē ipsā, & doctrinā, & participātib; similiter autem in alijs secundum potentiam operantis.

T. c. 53.

Reprobat prædictas opiniones, & primo primā, secūdo secundam, ibi { Si autem materiam } primam reprobat duabus rationibus, quarum primam ponit dicens, q̄ neutra opinio bona est: quia species separatae nō sunt causæ sufficientes generationis cum materia, quia, si sunt sufficientes, quare non semper continē generantur res, & non quandoq; sic, & quandoq; non: non enim est maior ratio, quare in vno tempore species generētur q̄ in alio, cum ipse species & participantia, i. materię, quæ innatae sunt suscipere illas species, semper & eodem modo se ha-

beant. Potest autem sic ratio formari, i. Idem manēs idē semper natum est facere idem: sed species vel ideae semper manent, eadem, et eodē modo: ergo semper debent generare, sed hoc est falsum, q̄ semper generent: quia quædam q̄nq; sunt, & q̄nq; non: ergo illæ non sunt causæ generationis & corruptionis. Secundam rationem ponit ibi, { Amplius autem in quibusdam, } Dicens, q̄ nos videmus ad sensum in quibusdam, sicut in artificialibus, q̄ necessarium est esse aliquod primum mouens præter species, vt patet in artificialibus. Medicus enim facit sanitatem, & similiter doctor facit doctrinam, cum tamē præter illos, ipsa sanitas & doctrina sint species, et anima dicentis & complexio corporis sint participantia ipsarū specierum, & similiter est in alijs s̄m potentiam, i. s̄m artem operantis. Dicuntur enim artes & scientiæ potentia, vt dicitur. Nono Meraphy, quia per artem homo operatur, & in arte inueniamus hanc tertiam causam: ergo in natura est tertia causa, mouens præter materiam & formam. Deinde cum dicit,

Ex t. c. 56. infra.

T. c. 54. & 55. meta. c. 17. Quō artes dicantur possentē.

YATAB.

Quod si qui materiam ipsam ob motum generare dicant, naturalius profecto dixerint, quā qui ita dicunt. Etenim quod alterat quodq; transfigurationem facit, causat quippiam oriatur rationem sibi vendicat magis. Et in omnibus ex æquo tam hisce quæ natura constant, quā quæ ab arte proficiuntur, hoc agens dicere consueuimus, quod mouendi vim obtinet.

YATAB.

ANT T. c. 51.

Si autem materiam quid inquit generare potest motum, naturalius vtq; dicit ita dicētib; Aliterans enim & transformans magis causa est generationis, & in omnibus affertur sumus hoc dicere efficiens, similiter & in his quæ natura, et in his quæ ab arte, q̄ transmutans sit.

G

Reprobat sc̄dam opinionē: & circa hoc duo facit, primo cōparat eam primæ opinioni, secūdo destruit eā, ibi { Sed vñ nec hi. } Dicit ergo primo, q̄, si aliquis dicat q̄ materia p̄dicto mō disposita generet pp motū, q̄ ipsa mouet, magis dicit s̄m uaturam q̄ illi, qui dicit s̄m separatam generare. Quia id, quod alterat et trāsmutat, magis est causa generationis in physicis: materia autem, secundum q̄ dicunt, sic informata, vt dicitur, alterat et trāsmutat: & nos etiam confecti sumus dicere in artibus, & in natura, hoc est efficiens, quod est transmutans, & alterans. Deinde cum dicit,

T. c. 54.

VATAB.

Verum enim uero, & hi quoque non recte dicunt. Partinque & moueri, materię est, agere uero & moueri, alterius potentie, palam autem est cum in ijs quæ arte, tum ijs quæ natura fiunt, nam neque aqua ex se animal facit, sed natura: neque lignum lecticam, sed ars. Quare & isti ob id, & quia potiorē omittunt causam, haud recte dicunt quiditatem enim formamq; exterminant. Præterea potentias atque uires corporibus tribuunt, per quas admodum instrumentaliter generant, eam quæ à specie sumitur, causam auferentes. Etenim quoniam, ut aiunt, calidum segregare, & frigidum congregare natum est, & cæterorum quodq; aliud agere, aliud pati, ex his & per hæc gigni & corrumpi cætera omnia dicunt. At ipse quoque ignis moueri ac pati uidetur. Præterea perinde faciunt, ac si quis seræ & instrumentorū cuique, eorum quæ generantur, causam tribuat. Nam cum quis serā fecit, diuidi quippiam, & cum corradit, leue si uis necesse est, & in cæteris simili modo. Quare si quam maxime